

Restitutio A

Quod invenisti et non reddidisti rapuisti, quantum potuisti fecisti, quia non plus potuisti, ideo non plus fecisti. Qui alienum negat si potuit esse tollit.

Augustinus de verbis apostolici capitulo 18.

Restitutio B

Si res aliena propter quam peccatum est cum reddi possit non redditur non agitur penitencia sed fingitur, si autem veraciter agitur non remittetur peccatum nisi restituatur ablatum, sed ut dixi cum restitui potest.

Augustinus in epistola ad Macedonum.

Restitutio C

Multi sine peccato putant esse, si alienum quod invenerint, teneant et dicunt: Deus michi dedit, cui habeo reddere? Discant ergo peccatum hoc esse simile rapine si quid inventum non reddat.

Origines super Leviticum.